In illo tēpe. Preteriēs ihc̄ vi
dit hoīem cecū a natiui
tate Et interrogauerūt [illegible] Sc̄d Johannē
eū discipli sui Rabi. quis peccauit. hic
aut parētes eius ut cecus nasceretur? Re
spondit ihc̄ Neqꝫ hic peccauit. neqꝫ pa
rētes eius: sed ut manifestentur opa dei
in illo Me oportet opari opa eius qui
misit me: donec dies est Venit nox
qn̄ nemo pt̄ opari Quādiu sū in mūdo
lux sū mūdi Hec cū dixisset: exspu
it in terrā et fecit lutū ex sputo et lini
uit lutū sup oclōs eius. et dixit ei Vade
laua in natatoria syloe: qđ interpretatur
missus Abiit ergo et lauit: et uenit vi

dens Itaqꝫ vicini et qui viderāt eū
prius quia mēdicus erat: dicebāt
Nōne hic est qui sedebat et mēdicabat?
Alii dicebāt quia est: alii aūt nequa
quā. sed similis est eius Ille uero di
cebat: quia ego sū Dicebāt ergo ei Quō
apti sūt tibi oculi? Rūdit Ille homo
qui dicitur ihc̄. lutū fecit et vnxit oclōs
meos: et dixit michi Vade ad nata
toriā syloe: et laua Et abii et laui: et
video Et dixerūt ei Ubi est ille? Ait ne
scio Adducūt eū ad phariseos: qui cecus
fuerāt Erat aūt sabbatū: qn̄ lutū fecit
ihc̄. et apuit oclōs eius Iterū ergo interro
gabāt eū pharisei: quō vidisset Ille aūt
dixit eis Lutū posuit in sup oclōs: et
laui et video Dicebāt ergo ex phariseis qui
dā Non est hic hō a d[illegible]
[illegible] custodit Alii dicebāt Quō potest
[illegible] hec signa facere Et scis
[illegible]
[illegible] Dicunt ergo ceco ite
rū Tu quid dicis de eo qui apuit oclōs tuos?
Ille aūt dixit: quia pphēta est Non
crediderūt ergo iudei de illo quia cecus
fuisset et vidisset: donec vocauerūt
parētes eius qui viderat Et interroga
uerūt eos dicētes Hic est filius vr̄
quē uos dicitis quia cecus natus est?
Quō ergo nūc videt? Rūderūt eis parētes
eius: et dixerūt Scimus quia hic est
filius noster: et quia cecus natus est
Quō aūt nūc videat nescimus: aut
quis eius apuit oclōs nos nescimus

[A]nnum interrogate. Etatem habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quia timebant iudeos. Iam enim conspiraverant iudei: ut si quis eum confiteretur christum: extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem habet ipsum interrogate. Vocaverunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus: quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nescio. Unum scio: quia cecus cum essem modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam: et audistis. Quid iterum vultis audire? Numquid vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ei et dixerunt [illegible] discipulus eius sis [illegible]

[illegible]

[illegible] et aperuit oculos meos [illegible] autem quia peccatores deus non audit. Sed si quis dei cultor est et voluntatem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est auditum: quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicquam. Responderunt et dixerunt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audivit ihesus quia eiecerunt eum foras: et cum invenisset eum dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille et dixit. Quis est domine ut credam in eum? Et dixit ei

ihesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens: adoravit eum. Offertorium [illegible]

[B]enedicite gentes dominum deum nostrum et obaudite vocem laudis eius qui posuit animam meam ad vitam et non dedit commoveri [illegible]

[illegible] eum non [illegible]

meam et misericordiam suam a me.

Secreta. Supplices te domine rogamus: ut hec nos sacrificia peccatis nostris emundent et veram nobis tribuant mentis et corporis sanitatem. Per. Communio

[L]utum fecit ex sputo dominus [illegible]